Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent

ne dñm esse insinuaret. Dom⁹ mea inq̃t
vt intelligerem⁹ eum nō solum possessorē
sed factorem esse diuine dom⁹. nemo enī
pōt ecclesiam edificare nisi a deo motus
ꝓpterea scriptū est. templū dei sanctum ē
dei structura est. dei edificatio est. Et sub
dit. dom⁹ ōionis vocabit̃. qr in tēplo dei
nō nisi ōiones. obsecrationes. ⁊ diuina de
bent administrari sacramenta. hinc pre
ceptor nr̃ ait in oratorio nemo aliq̃d agat
nisi ad qd factus est. vñ ⁊ nomen accepit.
Quippe oratorium ab ōione dictū est. et
ꝓpter ōionem faciendaz erectū est. quare
nihil est ibi aliud agendum q̃ orandum
Cauete igit̃ fratres alias ibi facere ꝯfa
bulationes. cauete non dico tm̃ opari. sed
nec etiam ibi aliquid cogitare. qd iniustū
qd turpe. qd inhonestum. ⁊ vanū sit. Ca
uete ibi nō solum corpore. sed nec mente
vagari. Ecclesia enī est domus dei. ec
clesia est porta celi. ecclesia est dom⁹ sa
lutis. In ecclesia est illa scala Jacob. cu
ius sūmitas celos tangebat. ꝑ quā descen
dentes ⁊ ascendentes angelos vidit. Ibi
oculus dñi cunctos nr̃os intuet̃. ⁊ discer
nit act⁹. Ibi thronus sue maiestatis. Ibi
cum nos sum⁹ oratores. chori angelōr as
sunt laudatores. Ibi peccatores recōcili
ant̃. Justi sanctificant̃. celestia tractant̃
sacramenta. diuina explent̃ mysteria. ⁊ ce
lestes effundunt̃ bñdictōes. Idcirco Sa
lomon hoc pacto ꝑ edificato templo ora
uit. Bñdic dñe domū istam. quam edifi
cauī nōi tuo. veniētiū in loco isto. Exau
di pces in excelso solio glorie tue. Dñe si
quersus fuerit popul⁹ tuus. ⁊ orauerit ad
sanctuarium tuū. Tu exaudies eos. ⁊ di
mitte peccata eōr. O q̃ igit̃ metuendus
o q̃ venerand⁹. o quanta cū deuotōe fre
quentandus est loc⁹ eccl̃ie. hinc cōmen
dat̃ Lobias ꝙ frequent̃. s. ibat ad tem
plum orans deū. hinc angelus apto car
cere in q̃ erant apl̃i. dixit eis. Ite ⁊ loq̃mi
ni in tēplo ꝗba vite. hinc laudat̃ Eunuc⁹
candac̃ regine ethiopū. qui de ethiopia
veniebat ad hierusalē ad visitandum tē
plum. hoc nos docuit. Christus faciēdū
qui nunc ꝑ oblationem quadragenariā.
nunc ꝑ disputationem cū doctorib⁹. nūc
orando. nunc docendo. nūc ꝑdicādo. nū
q̃ destitit ⁊ visitare ⁊ honorare templum
dei.

Textus decimusnon⁹ Augustin⁹

Psalmis ⁊ hymnis cū orat̃ deū.
hoc verset̃ in corde quod ꝓferet̃ in
ore.

Cōmentū decimūnonū Ambrosi⁹

Cum psalmis hymnis. ⁊ quibus
cūq̃ alijs obsecrationib⁹ deū ora
mus. nō de labijs tm̃. ꝓcedat ora
tio. sed toto sum⁹ aio intēti ad ea que ore
ꝓferim⁹ ne qd absit. de nobis saluator di
cat. qd contra iudeos proclamauit dicēs
Hic populus labijs me honorat. cor autē
eōr est longe a me. Inde gloriosissimus
preceptor noster Aug⁹. in libro de ōione
dñica ita nos admonet. Quando stam⁹
ad orationē fratres dilectissimi vigilare ⁊
incūbere ad preces tota mente debemus.
Cogitatio ois carnalis ⁊ secularis absce
dat. nec quicq̃ tunc anim⁹. q̃ id solū co
gitet. qd precatur. Ideo ⁊ sacerdos ī pre
fationis exordio pat fratrum mentes di
cendo. Sursum corda. vt duz respondet
plebs. Habem⁹ ad dñm. admōeat̃. nihil
se aliud q̃ deū cogitare debere. hoc hor
tatur apl̃s. cum ait. Psallam spiritu. psal
lam ⁊ mente. Hoc Bern̄. super cantica ꝑ
suadet dicens. pure psallere debetis. nil
aliud dum psallitis cogitando. ⁊ q̃busdā
interpositis rōem jadiecit. qm̃ spūsanctus
illa hora gratū nō recipit quicquid aliud
q̃ quod debes. neglecto eo qd debes ob
tuleris. hoc dñs in euangelio p̄cepit cuz
dixit. Cum orauer̃ intra cubiculum tuū
⁊ clauso hostio ora pīem tuū. q̃d enī cubi
culum nisi arcanū mētis intelligere volu
it. Cubiculum g̃ tuū. secretum interiorz
tuōr est. Cubiculum tuum ꝓscia tua est.
Cubiculum tuū aia tua est. Cū igit̃ ora
ueris intra in eaz. ꝗ est intellectu ⁊ mente
pu⁹ ꝓcipias qd orare intendis. hinc bea
tus Ambrosi⁹ de sacramentis ad neophi
tos ait. Intra in recessum pectoris tui. et
tot⁹ ingredere. nō te ꝓfunctorie videas.
sed diligenter ꝓspicias. vt ille cui placere
desideras. vidiat ꝙ ex toto corde oras. vt
te ex corde orantē dignet̃ audire. Et sub
dit redēptor nr̃. Et clauso hostio ora pa
trē tuum. qd est enī hoc hostium. qd clau
dere debem⁹. Nempe ē ⁊ hostū ꝓscie. de
q̃ ipse in sna Apocalipsi ad Jobem dixit